

ANTI<sup>Q</sup> VI SRIPTORIS  
ECCLESIASTICI IULIANI  
*Archiepiscopi olim Toletani*

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΩΝ,  
SIVE

De futuro Seculo libri Tres,  
à Boëtio Epône Rordahusano Fri-  
-cio IV. professore Regio & ordinario in Aca-  
demia Duacena, ex vetustissimis  
membranis in Marchianensi bi-  
bliothece repertis, in  
lucem prolati.

¶ Cum eiusdem Boëtij Epônis ad D.N. PHILIP-  
PVM Regem Catholicum Praefatione.




D V A C I. An. 1564.

---

Typis Lodouici de Winde Typ. Iut.  
¶ Cum Gratia & Privilégio ad quadriennium.

219  
A N T O N I A V I T I A  
I N A T U R A S I C E R E  
I N T E R M E D I U M  
M O D U L U S

**C**Autum est priuilegio Regio, ne  
297 quis sub graui poena, intra quadri-  
ennium, sine cōsensu Boëtij Epô-  
nis, hos libros πραγματῶν, in regioni-  
bus hisce inferioribus aut imprimat  
aut alibi impressos distrahat: ut ex ip-  
sis literis Regijs Bruxellæ. 16. Maij.  
An. c h r i s t i. M. D. L X I I I .  
datis, & à I. de la Torre sub-  
signatis, latius patet.



• A C A D E M I A

Tulsi Pogonici ab aliis  
designatae ha. sigillatae

POTENTISSI-  
SIMO ET CLEMENTISSI-  
MO REGI CATHOLICO PHI-  
LIPPO, CAROLI quinti Impera-  
toris Maximi F. Domino suo,  
Boëtius Epônus F. Fri-  
sius. S. D.



N RELIGIONIS NE-  
gocio bifariam, Rex inuictissime,  
temporibus hisce peccari videmus;  
opinionum priuatarū obstinatio-  
ne, & cōtentionū hinc inde ama-  
rulentissimarū intemperātia pro-  
pē gladiatoria. In illā impingunt Catholicorum ad-  
uersarij, in hac autem tam hi ipsi, quam illi incurre-  
re conspiciuntur. Atque dubitari quidem non imme-  
ritò potest, utrinam hactenus magis nocherint Reip.  
Christianæ, an ne Religionis autem temerarij oppu-  
gnatores, an verò eiusdem intemperātes & maledici  
& virulenti & male fani propugnatores. Quāquā  
hoc interest, quod qui temere veritatē oppugnat, vix,  
ac ne vix quidē sit, ut fidē inueniat; vel si specie qua-  
dā sanctitatis, & integritatis opinione, apud rudiiores  
et incautiores et omnis innovatiōnis studiosiores for-  
tè quosdā fides illi adhibeatur, bteui tamē clarissimo  
quodam quasi lumine sese veritas effert, cūm diu la-  
tere non poscit, in perpetuum certè nullo modo falsa-

A. ii. rum

17.

I V L I A N I T O -  
L E T A N Æ S E D I S A R C H I -  
E P I S C O P I I N L I B R O S  
*προγνωστικῶν seu de futuro Se-*  
*culo Præfatio.*

S A N C T I S S I M O A C P R A E C A E -  
*teris familiarissimo milie in Domino, Idilio, Barcino -*  
*nensis sedis Episcopo, Julianus indignus Toleta -*  
*næ Cathedræ Episcopus.*

I E M I L L V M C L A R A  
redemptorū omniū ex -  
**D**ceptione perspicuū, quo  
præsenti anno pariter in  
vrbe regia positi paſſi -  
onis Dominicæ festum festiuo cordi -  
um ardore suscepimus, quis recolen -  
dum dignis valeat affectibus expli -  
care? Illo tunc actum est, ut congrua -  
tantæ festiuitatis silentia expertentes,  
remotiorem secreti locū intraremus.  
Illic diuinæ passionis compluēdi im -  
bribus, discretis ambo stratibus lectu -  
lorum excipimur. vbi dum æternę lu -  
cis spiculo cōmunius tangeremur, sa -  
B. cra

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΩΝ  
**I V L I A N I L I -**  
 BER PRIMVS,  
 DE ORIGINE HVMANAÆ  
 MORTIS.

**¶ QVO MODO PRIMVM**  
*mors in mundum intraverit.*

C A P . P R I M U M .

**P**ECCATO PRIMI HOMINIS actum esse, ut mors in mundum intraret, Paulus apostolus docet. Per unum hominem, ait, peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

*Rom. 5.*

**Q V O D D E V S I M M O R T A L E S**  
*Angelos creauerit, peccantibus autem  
 hominibus mortem fit  
 comminatus.*

C A P . S E C V N D V M .

**M**ORS in hominibus de peccati propagine venit. non enim eodem modo

SEQVNTVR  
FRAGMENTA QVÆDAM  
ELEGANTISSIMA DI ISI-  
DORI HISPALENSIS,  
VIRI SANCTIS-  
SIMI.  
DE VITÆ MONASTI-  
CÆ VARIIS GENE-  
RIBVS ET IN-  
STITVTIS.  
ITEM.  
DE PERCIPENDA  
EVCHARI-  
STIA.



pio viro D. Arnoldo Gantois Antistiti Marchia-  
nenſi Boetius Epo 5.

**I**n ter eos libros, sanè antiquissimos, Arnolde Gan-  
tois præſul ornatissime, quos ex bibliotheca vestra  
Jacobus Magnus decessor tuus vir doctus & hu-  
manus mihi concesſerat, quosq; ad me tu ipſe misisti,  
erant & Fragmēta hæc nunquam antehac quod ſciā,  
excusa, Iſidori, Epifcopi Hispalensis, hominis & ſcri-  
ptorum multitudine & vita integritate clarissimi:  
quem anno Christi Liberatoris 630. temporibus ſiſe-  
buti Regis Gothorū in Hispania floruisse, & ob ſan-  
ctissimam vitam catalogo Sanctorum insertum eſſe  
Tritthemiū Abbas annotauit. dignissima profectio  
qua cum in omnium tum präcipue vestri ordinis ho-  
minum manibus perpetuo verſentur. Scripsere de Mo-  
nasticis institutis complures antiqui, & omnium co-  
piofissimè Ioannes Damascenus & Ioannes Clima-  
cus Græci, & nouissimè Matthæus Galenus Vefcap-  
pellius amicus noster, diligentissimus antiquitatum  
Theologicarū obſeruator: ſed nemo hoc Iſidoro aut  
verbis breuius, aut re luculentius, aut tractādi generc  
commodius. Mei officij eſſe putaui hoc munificulo te  
potissimum donare. tum ut vnde accepissem, eodem  
candidè referrem: tum ut tibi de Coenobiorū rite &  
laudabiliter administradorum gloria cū laudatissi-  
mis & sanctissimis regionum harum Archimandritis  
ad priſcorum Monachorum veſtigia & imitationem  
ſeriò ſeſe componentibus (qua laude inter primos in-  
claruit prästantiſſ. vir Ioannes Lentallerus Antistes  
Aquiscinctenſis vicinus & amicus tuus) cōtendenti,

## ISIDORVS.

**V**Nde ad Monachos studiū deflu-  
xerit paupertatis, vel quis huius  
conuersationis extiterit auctor,  
cuius isti habitū imitantur. Quantum  
pertinet ad auctoritatem veterū scri-  
pturarū, huius propositi principes He-  
lias & Heliseus discipulus eius fuerūt:  
sive alij Prophetarum, qui habitabant  
in solitudine, & vrbibus relictis facie-  
bant sibi casulas propè fluenta Iorda-  
nis. Huius etiam propositi in Euāge-  
lio Ioannes Baptista extitit auctor: qui  
eremum solus coluit; locusta tantū &  
agresti melle nutritus. Iā deinde pro-  
geniti sunt huius cōuersationis nobi-  
lissimi principes, Paulus & Antonius,  
Hilarion & Macharius, ceterique pa-  
tres: quorum exemplis per vniuersum  
mundum adoleuit sancta conuersatio  
Monachorum. Sex autē sunt genera  
Monachorum: quorum tria optima,  
reliqua verò teterrima, atq; omnibus *Primum*  
*modis* cuitanda. *Primum* genus est *Cœ-* *nobis.*

O. ij. nobis.